

isse: vt etiam lucio crasso summe dignitatis viro atq[ue]
eloquencie id scilicet dictum a lucio in curia grauit[er]
ferenti manum inici iuberet ille luci[us] crassus reiecto
lictore qui ipsu[m] cape nolebat. Dicitur enim lictor qui
ex officio portat gladium qua[m] a se reiecit inquit no[n] e[st]
mibi philippus consul: quia ne ego senator su[m] pulchra
responsio non sum senator. Segnis ergo nec su[m] reprehe[n]-
sibilis a te co[n]sule. Tunc exclamat autor dicens. Quid
supple plura dicimus populum ab incurso suo libertas
tutum reliquit. imo & similiter aggressa & eque ex
parte paciencia est: quia non solum libere loqui & sine
formidine est vtile i[n] agrediendo & agendo sed etia[m] i[n]
paciendo.

Gneus carbo tribunus Hic prosequitur notabi-
lem scipionis libertate[m]. Sed quia hic pagraphus a no[n]
nullis reputatur difficilis: ideo ipsu[m] i[n] tres partes diui-
dimus. Secundo ibi. Cui dicto. Tercio ibi. orto deide[m]
murmure. Primam p[ar]tem ita lege. gne[us] carbo gracha-
ne sediciones imp[er] secul[is]: de quo libro primo capit[ulo]
lo de somniis dictu[m] est: tribulentissimus iudex pro eo
q[ui] tribunus plebis erat idemq[ue] maloru[m] ciuiliu[m] orien-
cium fax ardentissima: fuit eni[m] iste carbo quasi facula
ardens & accedens ad bella ciuilia. Hic publiu[m] scipi-
onem africanu[m] posteriore[m] a ruinis numancie ciuita-
tis hispanie cum summo fulgore glorie venientem pene
ab ipsa porta i[n] rostra. i. i[n] curia[m] perductum: quia post
paucos dies sue reuersionis fuit citatus. Quid de ty-
berii grachi morte: cui[us] sororem scipio i[n] matrimonio
haberet sentiret interroga[tur]: vt auctoritate clarissimi
viri incendio iam inchoato interuenienti multum adi-
ceret: quia non dubitabat quin propter tam arta[m] affi-
nitatem pro memoria interfecti necessariu[m] id est sang-
uinei & sororei miserabiliter esset locuturus: at is sc[ilicet]
scipio iure eum cesum. i. mortuum videri respondit.
Cui dato &c. Hanc p[ar]tem ita lege. Qui data scipionis
cum continuo id est statim tribunisio. i. multitudo ante

6